

sum age[*z*]¹²⁶, finem populi cesendi (*sic*) faciant, eos adeam¹²⁷ librosque eius municipi coloniae praefecturae | (153) edant; isque censor, seive quis alius mag. censum populi aget, diebus V proxumeis, quibus legatei eius | (154) municipi coloniae praefecturae adierint, eos libros census, qui ab iis legatis dabuntur, accipito | (155) s. d. m., exque iis libris, quae ibi scripta erunt, in tabulas publicas referenda curato, easque tabulas | (156) eodem loco, ubi ceterae tabulae publicae erunt, in quibus census populi perscriptus erit, condenda¹²⁸ curato. |

(157) Qui pluribus in municipiis colonieis praefectureis domicilium habebit, et is¹²⁹ Romae census erit, quo magis | (158) in municipio colonia praefectura h. l.¹ censeatur, e. h. l. n. r.⁶² |

(159) Qui lege pl.ve sc.¹³⁰ permissus est [*f*]uit, uti leges in¹³¹ municipio fundano¹³² municipibusve eius municipi daret, | (160) sei quis¹³³ is post h. l. r.¹³⁴ in eo anno proxumo, quo h. l. populus iuserit, ad eas leges [*addiderit commutaverit conreixerit*]¹³⁵, municipiis¹³⁶ fundanos | (161) item teneto, uti oporteret, sei ea[*e*] res ab eo tum, quom primum leges eis municipibus lege pl.ve sc.¹³⁰ dedit, | (162) ad eas leges additae commutatae conrectae essent; neve quis interced[*i*]to neve quid facito, quo minus | (163) ea rata sint, quove minus municipis fundanos teneat¹³⁷ eisque optemperetur.

Tabula ahenea, cuius pars inferior (inde a v. 76, cf. not. 70) reperta est a. 1732 prope vicum Lucaniae Pisticcio in alveo torrentis Salandrella, circiter 8 mil. a Policoro sive Heraclea antiqua, superior paullo post ut videtur eodem loco reperta translata est in Britanniam, sed anno fere 1760 reportata in Italiam; nunc utraque pars servatur Neapoli (Ritschl tab. XXXIII. XXXIV. Mommsen C. I. L. 1 206). In parte aversa (vel potius antica) extat titulus vetustus Graecus, quem edidit post alios Kaibel inser. Gr. Sicil. Ital. n. 645. Tabulam Heracleae prostitisse docet argumentum inscriptionis Graecae. Legem, cuius partem postremam (nam in fine nihil deest superestque spatium vacuum) in hac tabula tenemus, esse Iuliam municipalem (sic titulus supra N. 5406), memoratam a Cicerone ineunte anno 709, cf. supra not. 83, demonstravit Savignyus Zeitschr. f. gesch. Rechtswiss. 9, 1856 p. 500 seq., vermischte Schriften 3 p. 279 seq. (non recte dubitat de Petra monumenti dei Lincei VI p. 435 seq.), qui putat eandem esse quam nude municipalem appellant iuris auctores (Ind. Dig. Flor. inter scripta Pauli; Dig. 50, 1 tit., ib. 50, 9, 3; cod. Iust. 7, 9, 1). Lata est a Caesare dictatore antequam in Hispaniam proficisceretur exeunte a. u. c. 708 (de tempore Nissen mus. Rhen. 45, 1890 p. 100).

126) agei aes. — 127) Scr. adeant. — 128) Scr. condendas. — 129) Fortasse scr. sei is (Momms.). — 130) Plebeive scito. — 131) Fortasse delendum in (Momms.). — 132) Cuius populus fundus factus erat. Cf. Marquardt Staatsverw. I² p. 52 not. 3. Quae civitates significantur, quaesiverunt Savigny verm. Schr. 3, 341; Mommsen Stadtrechte des lat. Gem. Salpensa u. Malaca p. 409 not. 45; Nissen mus. Rhen. 45, 1890 p. 103. — 133) Scr. quid. — 134) Post hanc legem rogatam. — 135) Haec excidisse vidit primus editor Mazochius. — 136) Scr. municipis. — 137) Scr. teneant.